

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Minerva, sive de causis latinae linguae commentarius

**Sánchez, Francisco
Schoppe, Caspar
Perizonius, Jacobus
Franequera, 1687**

II. Lucus

[urn:nbn:de:bsz:31-109138](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109138)

ubi preces peregerunt, indormiunt; ubi quodcumque per quietem insonnium viderunt, eo utuntur. Mela itaque vocavit Manes, quod Herodotus justissimos, atque optimos, post mortem. Plinius, quum hæc à Pomponio accepisset, sic mutavit; *Augile inferos tantum colunt.* Rursus à Plinio Solinus; *Augile verò solos colunt inferos:* quam rectè mutarint, ipsi viderint. Obscurè dixit Virgilius *Æneid.* 6.

Quisque suos patimur Manes.

Quod sic explico; quemadmodum qui alios læserunt, aut necaverunt, patiuntur Lemures, & Larvas interfectorum, ut Orestes, & alii; sic Anchises, & alii boni viri patiebantur proprios Manes, id est, non prius transibant ad Elysios, * quam propria crimina purgarent. „ [Et hanc interpretationem „ confirmant hæc Apuleji verba in 2. Florid. „ *Brachmanæ Pythagoram docuerunt, quæ Diis mani- „ bus pro merito suo cuique tormenta, vel præmia. „ Omnino autem Manes, lingua sacrorum dictum „ videtur, pro, Mani, id est, Boni: sicut „ Porti sacres, pro sacri, apud Plautum: Matri- „ mes, & Patrimēs, apud Festum, pro, Matri- „ mi, & Patrimi.]*

II. LUCUS.

Lucus, inquiunt, à lucendo, quia minime luceat. Hoc refellens Dathus, ait, à lucendo dici fateor; sed per contrarium nequaquam. Idem putat Quinctilianum sentire, lucum per

* *Quam propria crimina*] Vel, quam proprii ipsorum Manes crimina illis inhaerentia purgassent.

per Antiphrasin dici : sed ipse , cæterique Grammatici falluntur , quum , Quintiliano auctore , lucum à non lucendo deducunt : imò verò Quintilianus irridet illos , qui talia comminiscuntur ; Inquit enim lib. 1. cap. 6. *Etiame à contrariis aliqua sine minus trahi ? ut lucus , quia umbra opacus , parum luceat ; & ludus , quia sit longissime ab lusu ? & Dis , quia minime dives ?* Hæc Fabius. * Ego verò , missis aliorum

Q 9 3

* *Ego vero missis aliorum &c.*] Eadem & plura habet Scoppa lib. 1. Collect. cap. 18. ut proinde nullam hic fieri ejus mentionem mirer. Sed tamen neque hanc illius & Sanctii , neque etiam illam Vossii *Lucum* à Gr. *λοχός* deducens , jamque abunde refutati à Georg. Henr. Ursino cap. 8. Observ. Philol. sententiam probare queo , sed cum Datho sine ulla hæsitacione *Lucum* à *lucendo* derivo. In qua etymologia , licet eam ceteris præferat , nescio quid ita tamen hæsitet ille Ursinus. Scilicet antiquissimis temporibus nulla erant templa : Sacra faciebant homines in altaribus sub dio positis. Verum quia illa altaria ita in propatulo posita nullam habebant majestatem , nullumque religionis horrorem accedentibus incutiebant , hinc sylvam iis cæperunt circumdare , & quidem opacam ac tenebrosam , quia , ut ait apud Euripidem Bacchus , *σιμωπικτα ἔχει σκῶρ* & , *αἰγίσμιον* quid & venerabile habent tenebra. Unde & Ovid. in Fastis III. 295. *Lucus Aventino suberat niger sticis umbra , Quo possis visio dicere , NUMEN INEST.* Quoniam itaque in medio talium sylvarum erant altaria , inque iis solis siebant sacra , & proinde quali perpetuus lucebat ignis , & præterea frequentissimus in sacris propter quæritas illas tenebras erat usus tædarum & lampadum , religiosam istam horrorem suo lumine ex mediis tenebris immane quantum augmentum , hinc ergo sacræ illæ sylvæ dici proprie *Luci* cæperunt , utpote propter istum in altaribus ignem pene semper , certe constitutis jam religionibus , lucentes. Analogia formationis ab illo Verbo eadem est , quæ in *Nalinea* , quo , ut Varro ait lib. IV. de L. Lat. significabatur Luna. Sic *Ludus* à *Ludo* , *Vola* à *Volo* , *Bultrapus* apud Plaut. Pseud. I. 3. 127. à *Rapio* , *Naufragus* à *Frango* . *Sejugi* & *Sejuges* , *Quadrjugi* & *Quadrjuges* à *jungo* .